

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Nicolao cuidam

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

uerfiarum nostrarum promissuros esse: & pollicetur se curaturum, ne iudicet Pontifex, sed homines delecti. Hec uides esse insidiarū plena. Sed oremus Deum, ut nos gubernet, & regat politias. Mitta tuis liberis precationem Stigelij uer sibus uenuste comprehensam, in qua magis scio te acquiescere ceteris ullis. Scire cupio quid de epistola statueris, quam schola ad Senatum scripserat. Bene uale. Die Baptiste, collegæ mihi charissimi, qui agnum nobis monstrauit charissimum filium Dei.

Nicolao cuidam.

Valde optarim te unius anni laborem & molestiam animo pertulisse, propter ipsas literas: quæ cum in summo odio sint apud indoctos, non possunt alia ratione conseruari ac restitui, nisi professores sua patiētia, æquitate et studijs uoluntates hominū sibi concilient. Quod enim de ualitudine quereris, etas tua mihi quidem tantum habere robur uidetur, ut hos labores aliquandiu sine periculo ferre potuisse uidearis. Habes summā nostri consilij, ac mearum cogitationum: quas rogo ut in bonam partem interpreteris. Scripsi enim animo simplici, pro amore erga te meo. Nam propter has querelas uideris mihi de existimatione periclitari. Non impedio tamen uti te occasione, si contingat melior conditio. Vale.

B 2 D. Iusti-